formido causatur ex puato amo-
re. ¶ Ideo subdit. ¶ Ex pfecta cari-
tas. foras mittit timorē. ¶ Id est ser-
uilem pauorē excludit. qm̄ vi-
tat malū. non vt nō punatur.
sz ne deū offendat aut mhonoret.
¶ Quilibet aut caritas excludit
illū seruilē timorē. qui simul cū
caritate stare non valet. et dāp-
nacionē meret. ¶ Nichilom9 ali-
qui motus mminuti illi9 seruilis
timoris cū caritate mpfecta. pos-
sunt inueniri. sicut et alia venia pas-
sionū mortalium qz culparū. pmit mo-
tus venales exūtes. meritoriis
actib9 sepe miserent. ¶ Caritas vero
pfecta. seruilē timorē habet omno
excludere. et tanto minus tegrig eū ex-
cludit quāto pfectior extat. ¶ Imo
m viris pfectis vigilantissim sic ar-
deret. feruet et m valesat. vt malint sua
pcta punire. qm̄ dei offensa ma-
nere m̄ltum. ¶ Ideo subiungit. ¶
¶ Quoniā timor penā habet. ¶ Id est
timor seruilis. secm̄ q talis penā
et dapnacionē meret. nō m qm̄-
tū malū culpe demutat. sz qa non
facit hoc ex dei amore et zelo iu-
stitie. sed dūtaxat puniciois hor-
rore ex mfecta radice. qua viz
amat malū culpe. ¶ Hinc autē sub
ordine diuinis amoris ponē ob-
ligamur. atqz ad dei referre ho-
norē. ¶ Ideo si quis ex solo seruili
timore pateret. et mortē pro fide.
michilom9 dapnaret. ¶ Quod
et paulus apls aperte insinuans.
Si tradidero mq̄t corpus meum ita
vt ardeam. caritatē aut nō habuero.
michil michi pdest. ¶ Qui autē
timet. nō est pfectus in caritate. Si
hoc intelligat. de timore seruili.
aut cārli. seu mundano. difficul-
tatē non habet. cū illi sint timo-
res culpabiles. et si sint pdomina-
tes. cū caritate nō stant. ¶ Timor
vero pure naturalis. qui est ex
passione istante. fuit in xpo. est
in se m̄ differēs. sicut et cetere
affectiones pure naturales. ¶
Est autē ad hunc duplex timor
laudabilis puta. filialis et fi-
lialis. ¶ Timor filialis est quo
culpa vitat. partim timore pe-
ne. ¶ Partim a more dei. et zelo

iustitie. ¶ Potest tñ timor ille esse cū
caritate. non tñ in caritate pfecta.
vt talis quia mq̃ tū aliquid ser-
uilitatis sortitur a pfecta caritate
eiatur. ¶ Ad tertio qui timet timo-
re non est perfecte in caritate.
mq̃ tū timore alit timēs. ¶ Porro
timor filialis et castus et sanctus est
quo malū culpe vitat solū eo ip̄s
pectu. ne pissimū et amātissimū
pater celestis offendat. honoret
eius q̃ grā amittat. aut elongetur
a metuente. ¶ Hūt sanctū timore re-
uerētialem predicāt. pfecta cari-
tas non solū non eiat. sed parit nu-
trit et seruat. imo q̃to qs purius
atq; ardētius diligit deū. eo am-
plius hoc timore metuit eū. ¶ De
quo in libris sapientialibus multa
conscripta sunt. ¶ Et est illud in eccle-
siastico. ¶ timor dñi supauit omnes
sanctos. ¶ timor dñi coronam iustitie.
¶ Beatus autē datū est habere timo-
rem timore dñi. ¶ Nichil dulcius
q̃ timere deū. ¶ Sapiens in oībus
metuit. ¶ timor dñi fons vite. vt
declinet a ruinis mortis. ¶ Nos q̃
diligamus deū. quoniā ipse primo di-
lexit nos. ¶ Hoc paulo ante expo-
situm est et ostensum. quia amor dei ad
nos est causa oīs bonitatis in nobis.
¶ Una itaq; ratio diligendi deū
est. quoniā ipse primo amauit nos.
¶ Que admodū enim arduum est odi-
entē diligere. sic pamantē non
reamare prorsus impossibile mihi
videtur. ¶ Est quoq; pro-
fectus eū diligere. a quo qs sat
se diligi. et in amore esse proficien-
tem. ¶ Ad hoc. quoniā hoc facilius adi-
pletur. tanto in quibus negligit.
¶ Alia atq; potissima ratio de-
um amandi est pulchritudo et ipsa bo-
nitas eius. ¶ Tertia est collatio be-
neficiorum ipsius. ¶ Vita premi-
sio ac preparatio future felicitatis.
¶ Si quis dixerit quoniā diligo deū. et
fratrem suum. i. proximum suum quē cer-
qs. siue amicum. siue aduersarium:
oderit mendax est. ¶ In verbis et
factis. quoniā contra veritatē doctrine
loquitur. et contra veritatē iustitie
operatur. ¶ Jam enim si requiritur preha-
bitum est quoniā amor dei et proximi.
insepabiliter connectuntur. presertim cū
eadem sit caritas habitualis quoniā dei
proximi qz diligit. ¶ Tertium dictum est.
quoniā nemo diligat deum. nisi qui eius
seruat mandata. ¶ Cum ergo deus
precipiat proximos diligi. qui non
diligit proximum. non implet dei pre-
ceptum. ergo non diligit deum. ¶ Cur
sus proximus est via et medium dili-
gendi dominum deum. ¶ Item quoniā sequitur
¶ Qui enim non diligit proximum su-
um quem videt. deum quem non videt.
quo pacto potest diligere. ¶ Quasi di-
cat non potest. ¶ Sed huius ob
ea potest. ¶ Cum deus quia semper mag-
pabilior amabilior est cunctis horis
ergo visio proximi non est necessaria
ad dei habendum amorem. ¶ Indet
quoniā multe sunt cause dilectionis. vt po-
te bonitas rei. que est ratio obiecti
talis amandi. ¶ Item similitudo que
maxime ad amorem. ¶ Beneficentia
quoq; atq; communio. ¶ Et item
primus quis tas. ¶ Cognitio est cau-
sa dilectionis. tanquam via ad eam de-
ducens. ¶ Cum igitur proximus sit nobis
notior similior et proximus quoniā
deus. et quoniā ad hoc pro quo ad dili-
gendum nobis occurrat. ¶ Ideo sce
pissimus pluribus vtatur argumento.

Et qm̄ q̄ritū ad ista. Facili⁹ est p̄xi
mū amare qm̄ deū. non aut̄ vult
dicē qđ p̄xm⁹ amabiliōr sit deo:
Et hoc mandatū habem⁹ a deo. vt
qui diligit deū. diligat et p̄xm̄
suū. Hm̄ cū xp̄o matheū. cē. dix
isset. Diliges dn̄m deū tuū ex toto
corde tuo ꝛc. statim adiecit. Diliges
p̄xmū tuū sicut teip̄m. Non qui
dem eq̄liter. qđ post deū debet hō
p̄apue amare seip̄m. Sic silit. Vt
pote spiritalit̄. et p̄pter eternā ob
tinendā salutē. Ecce sepissie repe
tit gloriosissim⁹ iste xp̄i discipul⁹.
fraēne dilectionis p̄ceptū. Ad cto
illud. tanto diligētiā⁹ obseruem⁹. tā
to p̄fectiꝰ ip̄leam⁹. ~~q̄nto frequē
tius~~ q̄nto frequētiā⁹ ab ip̄o repeti
tur. et q̄nto nobis ab ip̄o seriosius
mandatur.

## Declaratio capli q̄rti. Oīs qui credit Articuli septimi

Due sūt p̄tes legis
diuine. videl⁹. testi
monia et mandata. Testimonia p̄
tinent ad credēda.
Mandata ad agenda. Hoc q̄m er
go iam ante. beatꝰ ap̄ls disseruit
de mandatis. nūc specialit̄ loquit̄
de testimoniis seu testimoniis credē
dis. q̄busdā aliq̄ miserat de p̄ceptis
sicut et antea quedā miserunt de cē
dendis: Oīs qui credit: fide formā
a. caritate. bonis qz actibꝰ decoratā:
Cm̄ ihesus est xp̄us. a. q. ihesus
nazarenꝰ sit xp̄us in lege moysi
et p̄phetis p̄missus: ex deo natus est
per regenerationē baptismalē.
vt quidā exponūt. Que exposio
non habet vnū salit̄ veritatē. q̄m
multi mīres sine baptismate dei de
cesserūt. Nisi per regenerationē
baptismalem intelligat̄ baptismꝰ.
nō solū fluuius. sed ignis flammis et
sanguis. Est itaq; talis credēs ex
deo natus. Per caritatis et gr̄e in
fusionē. Per veritatis p̄mulgationē.
et virtutū amorē. Demq; machō
metū infelix in alchorano suo fi
q̄ēter fatetur qđ ihesus nazare
nus sit xp̄us seu messyas in lege
p̄missus. Qđ itē iudei dispsi et cap
ti sūt. eo q̄ ihesū pro xp̄o non acce
perūt. Sed xp̄i contra deitatē blasphe
mias euomit in⁹tus: Et oīs qui
diligit eū qui genuit. Idest deū
patrē: diligit eū qui natus est ex
eo. Idest vnigenitū filiū eius. Cū
pater et filius sint vnū et idem sū
mū et inuariabile bonū. nec vna
p̄sona diuina et increata sine alia.
infuso amore diligi possit. cū sint
vnus verus. simplex et oīpotens
deus. Vel sic: Oīs qui diligit eū qui
genuit. a. creatorē altissimū. qui hō
mines spiritalit̄ regenerauit per
sacramenta et verba celestia. gratiā
q; dona. Iux̄ qđ sc̄ptū est iacobi p̄
mo. Voluntarie genuit nos verbo
veritatis: diligit eū q̄m natus est
ex eo. a. quilibet xp̄i fidelis. Qui
em̄ verace diligit deū diligit pti
nētes ad eū membra. ministros ac
militēs xp̄i. Huic exposicioni se
quētia consonāt verba: In hoc
cognoscamus q̄m diligimus natos di
. a. primos nros a deo regenera
tos. eiusq; filios adoptiuos: Cum de
ū diligamus et mandata eius fa
ciamus. Quia vt dictū est sepe. amor

Seruite dño in letiã

dei et pxmoꝝ dilectio. mbiẽ se
cludit. mse pabile q̃z consistit/ nec
vere diligit deũ. misi qui eũ et eius
obedit bitatibꝫ. quibꝫ apte. ¶ Qui vos
audit me audit. et qui vos spernit
me spernit: ¶ Hec est em caritas dei
ut mandata eius custodiam9/ ¶ Qui em sincere diligit deũ. honorat eũ. et voluntatem suã.
voluntati ihũ conformat ac subdit
eũ cui oz sit eadẽ velle et nolle. ꝓt
qd' ihũs xp̃s loquit. Si diligit me.
mandata mea seruate/ ¶ Itemq; Si
quis diligit me. sermonẽ meũ ser
uabit/ ¶ Et mandata eius grauia nõ sunt
Videt' q; primo aũ xp̃us matth̃i xi.
ꝓtestetur/ ¶ Qm angusta via et ar
cta porta. que duat ad vitã et pau
ci inveniũt eam/ ¶ Itemq; valde dif
ficile est. cõcupiscẽtias carnis pas
siones et vitia superare. difficilimũ
quoq; videt' intellectũ in captiui
tatem redigere. ad credendũ mõ
ꝓhensibilia illa. que in evãgeli
ca lege credenda iubent. ¶ Et
vñ dendũ. q; diuina ꝓcepta non
sunt grauia duplici ratione/ ¶ Pri
mo q; vbiutes de quoꝝ actibꝫ dã
tur ꝓcepta. sunt ex sua natura. sua
ues et cõuenientes. habẽtq; delec
tationes sinceras actibꝫ suis annexas. ¶ Secũdo ex aduitorio dei. qui
per bona grãe ꝓuenit in nobis p caritate.
hoiem sic gratificatum inflammat et con
solat' vt ei dulcescat via salutis et
obseruãtia ꝓceptoꝝ. ymo cũ magne
ti alacritate et gaudio illa adiple
at/ ¶ Vnde q; apte ꝓphãta/ in via testi
moniorũ tuorũ delectatus sũ sicut
in oĩbꝫ diuitijs/ ¶ Et. Via mandato
rũ tuorũ cucurri cũ dilatasti cor meũ/
¶ Iterũ hortat' ¶ Ite ergo ex estima
bili magnitudine ꝓmiꝫ desup repro
missi. cuiꝫ respectu oĩs labor. oĩs
difficultas et pena vite pñtis est
tenuisq; momenti/ ¶ Vnde q; dicatur
Considerato primi minuit vim fla
gelli/ ¶ Paulus quoq; ad corinth̃ios
Id qd̃ modicũ qd̃ in pñti est momẽta
neũ et leue tribulationis mee. supra mo
dũ in sublimitate eternũ gloie pon
dus operatur in nobis/ ¶ Vnde matthei
xi. qui et saluator/ Venite ad me oẽs
qui laboratis et onerati estis. et ego
reficiã vos. Jugũ em meũ suaue
est/ et onus meũ leue. ¶ Iterto.
mandata euangelice legis leuia sunt
ob suã pauitatẽ. comparatione ꝓcep
torũ mosayce legis. que multitudine
sua erãt onus tam graue. vt actuũ ille.
princeps diuat aplorũ/ ¶ Quid tẽpta
tis deũ imponẽ iugũ super cerui ces
disciploꝝ. qd̃ neq; pres nri. neq;
nos portare potuimꝰ. ¶ Itemq; vt
raby moyses scribit/ tot erãt in
lege ꝓcepta quot sunt dies in ano.
et quot sunt ossa in hoie. ita q; horũ
par extitit multitudo: ¶ Porro difficultas implendi precepta consurgit
ex mã infectione et hostili impugna
tione. ac obiectoꝝ valida motione
alijsq; causis diuersis. ¶ Consequenter subditur vna causa. aut ꝓ
cepta sunt leuia: ¶ Qm omne qd̃ na
tũ est ex deo. vincit oĩs fidelis ex deo p
caritatem et gratiam regenerati/ vi
cat mundũ in auxilio caritatis et gre.
ymo et fidei xp̃iane. vt status subiugat' sup at tẽptationes. et impugna
tiones hoĩm mundanoꝝ. tyrannoꝝ et plioꝝ qui xp̃ianos variis
modis a fide auertẽ/ sunt conati.

¶ Mundū ēiā vincat. qui ad deliabs. diuicias. vanitates. pūitates. hō nores mūdi non affiatur. ꝙia talia aspnatur. cū apl̄o paulo dicēs. ¶ Michi absit gloiari nisi in cruce dn̄i mei ihesu xp̄i. ¶ Et oīa arbitror vt stercora. vt xp̄m lucrifaciam: ¶ Et hec est victoria que vincat mundū fides nr̄a. ¶ Desit fides catholica per dilectionē operans. ¶ Est vtq; per quā vincam⁹ mundū. iuxta illud ad hebreos vndecīo. ¶ Qui per fidem vicerūt regna. ¶ Per fidē nāq; cognoscam⁹ imminētia nobis bella atq; pericula. dei quoq; subsidia. nobis parata. et aduersitatē fortitudinē ac multitudinē hostiū mē salutē. ¶ Itaq; fides nos dirigit impugnando. imorando. et resistendo. ¶ Nam et ipa est fundamentū virtutū. et efficacie tante. vt marci nono asserit veritas. Oīa possibilia sūt credenti. ¶ Ideo pīcepit apl̄o⁹ loquitur est. ¶ Diabolo resistite fortes in fide. ¶ Et ad ephes. 6°. hētur. Accipite armaturā dei vt possitis resistere in die malo rum. iustitie. in oībus siimētes scutū fidei. in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. et galeam spem salutis. et gladiū spūs. qd est vbū dei orātes omī tpe in spū. ¶ Quis est autē qui vincat mundū. nisi qui credit fide formata: qm ihesus est filius dei. et naturalis vnus cū substancia. atq; filius pris eternus. Talis em̄ nec philosophias argumētis. nec tyrānias infestationib⁹ credit a vincatur. nec mundi blandimētis nec adulatis deiicitur. qm̄ dn̄s sic credit. ¶ Aptissime hoc loco alberty. Quicūq; modū corpalit pugnās indigeat q̄ tuor. armorū generibus. salus gladio. ad pugnandū. scuto ad se defendendū. forti soietate. ad pugnandū et veritate. iusta causa ad pugnandū. sic xp̄iān⁹ contra mundū ac reliqs sue salutis aduersarios pugnās indiget. ¶ Primo pro euse hīte cautis feruore. ¶ Secūdo pro scuto fidei confortatione. ¶ Tercio pro soietate. diuinū. angelicūq; auxiliū. ¶ Quarto. pro veritate. seu causa xp̄i vera confessione. ¶ Hic est qui venit per aquā et sanguinē ihesus xp̄us. ¶ Desit ad maiorem redēptionē. possit et eam effecit per aquā baptismatis. et per sanguinē sui corporis. quē in cruce fudit pro nobis. ¶ Christus nāq; sacramentū baptismi in sui tui et baptismi a preteritorū ampiectēs. tactu sue sanctissime carnis. vim regenerativā p̄stitit aq̄s. atq; a meito sue passionis. oīa sacramēta sua sortiunt virtutes. ¶ Hinc ad ephes. loquitur paul⁹. ¶ Christus per sanguinē crucis sue pacificauit. sive que in celis sūt. sive que in terra. ¶ Et rursus. ¶ Christus dilexit ecclīam. et tradidit semetipm pro ea. mundans illā lauacro aque in verbo vite. ¶ Apocalipsis quoq; primo hētur. ¶ Christus dilexit nos. et lauit nos a pctis nris in sanguine suo. ¶ Denīq; cū vnus militū lancea latus xp̄i aperuisset. cōtinuo inde exiuit sanguis et aq̄. Unde de latere xp̄i sacramēta ecclesie diuinit fluxisse. qr videlicet vnus sanctificandi inde sit spūs. et vita quo ad hoc venit in aqua et sanguine: ¶ Non in aqua solū. sed in aqua et sanguine. ¶ Hoc addit ad differentiā iohīs baptiste. qui venit in aq̄ solū. quia baptizauit corpa aquis.

ꝫ sanguinē suū pro mūdi non fudit
peccatꝫ nec aiās lauat a vicijs. Bel
igitur addit. hoc qz xp̄us. non so-
lū dignatꝰ est ꝓpter nos baptiza-
ri. vt sue carnis attactu aq̄s vim
regenerativā prestaret. ꝫ et sanguinē suū pro nr̄a fudit salute. Hor-
ro. sed'm bernardū m ꝫmone. istud
est additū ad dr̄am morsi. qui ve-
nit m aqua tantū. a qua nomē
est ei impositū: Et spūs est qui testi
ficatur. qm̄ xp̄s est veritas. Hoc em̄ spūs
scūs testatus est. ante xp̄i passionē et
post eam. Ante passione videlicet
cū baptizatꝰ fuisset. a bīssimo iohānē
baptista. ut ꝑ illud luce 3°. factū est. dum
ipe baptizato et orante. aptū est cēlū.
et descendit spūs scūs. corpali specie.
sicut colūba in ipm̄. et vox de celo fm̄
est. Tu es filius meus dilectꝰ. Horro.
xp̄us sed'm qđ deus est. verus substā-
tialiter. verus et veritas. Vnde qđ iohīs
1°. Ego sū via. et veritas et vita.
Et qa per modū intellectualis ema-
nationis p̄cedit a p̄re. veritas ei ap-
propriatur. vt dictū est. plenus paulo ant̄.
Rursus post passionē in die pentho-
costes. et dem̄ xp̄us spūs scūs apl̄os
testificabit ꝑ idipm̄. et per tam supna
turalē. apl̄oꝝ illuminationē. inflā
mationē. roborationē. aliaq̄s mira
bilia que apparebāt in eis. et fiebāt
per eos luce clarius demōstrauit. qz
xp̄s sit veritas. auctus promissa.
tam verissime. et supnaturaliter im
plebant. Hinc post cenā dixit ser-
mone apl̄is illud iohīs. 14°. Cū veni-
rit paracletus quē ego mittā vobis
a p̄re spm̄ veritatis. qui a p̄re p̄cedit
ille testimoniū phibebit de me. Per so-
lū spūs scūs id protestatꝰ: Quia tres
sunt qui testimoniū dant in celo. Pater.
verbū. et spūs scūs. Idest tota sup essen-
cialis. et supdigna trinitas in celo
empireo specialiter habitans. prestat
coram omni celesti milicia testimoniū. qz
xp̄us sit veritas. qđ declarat trini-
tas adoranda auctus celestibus auibus
semetipam. et qualiter verbū p̄cedat
a patre. et spūs scūs ab vtroq; Juxta
illud p̄s°. In lumine tuo videbimus lumen
De quo testimonio loquit̄ xp̄s patri.
iohīs 17°. Clarifica me tu p̄r apud
temetipm̄ claritate qua habui. p̄ priusquā
mūdus esset. Et rursus. Pater quos
dedisti michi. volo vt videāt claritatē
meā quā dedisti michi. Et hi tres
vnū sunt. Cum tres sup benedicte
et sup venerāde psone. sint vna essen-
cia. vnus deus. vnū vnius p̄ncipium.
et vnus omnium vltimus finis. vnū sū mū
bonū. vnū plene felicitatis obiectū.
quo solo fruendū est. Deinde quippe
natura neq; quit̄ plurificari.
ꝫ est nūo vna in tribus. et quicquid
absolute competit deo. toti trinitati.
singulisq; psonis coēsse et vnū in
tribus. Ꝫ Tertio qđ iohīs de eōdem loquit̄
xp̄us. Ego et pater vnū sumus. Sup
excellentissime quoq; trinitatis psonalē
distinctionē. essencialēq; vnitatē. xp̄s
pandit. mathei vltimo dicens. Docete
omnes gentes. baptizantes eos. in no-
mine p̄ris. et filij. et spūs sancti: Et
tres sunt. qui testimoniū dant in ter-
ra. spūs. aqua. et sanguis. Idest in multi-
tudine ecclie. Spūs vt potens rationalis a
aīa xp̄i. Aqua quoq; et sanguis.
qui de eius latere ꝑ pfluxerūt in cruce.
contestant. qđ xp̄s sit verus ac veri-
tas. In eo qđ dixit se esse non solū deū
vnigenitū filiū. ꝫ etiā hoīem verū. Dal-
pater in quiens et videte. qa spūs
carnē et ossa non habet. sicut me vi-

detis habere/ ¶ Tres testiom dant
in terra. qz in sacmēto baptismi. e
spūs. salz vnificās. aqua abluens.
et sanguis xpi vrtualit opans et
emūdans/ per que patet veritas xpi
de quo dixit deus iohanni baptiste.
Super quē videris spm̄ descendē
tem et manentē sup eū. hic est qui
baptizat in spū scō: ¶ Et tres vnū sunt
¶ desūt vnū habent effectū. et in eis
dem veritatis manifestatione cōuenī
unt. ¶ Deinde ostendit² irrefra
gabilis certitudo fidei xpiane/ ¶ In
pro quia: testiom accipimus/ ¶ Hoc
dupli. pt intelligi. ¶ Primo qz ir
rebus et causis humanis. testiom homī
efficax reputat². quē admodū scptū
est/ ¶ In ore duorū vel trium testiū
stabit oē verbū. ¶ Secūdo qz testi
monū scōz homī. vtpote ppheārū
de xpo prenunciantiū. audiat² in dono
rum: ¶ Testimonū dei maius est testi
monū dei pūs de xpo platū. pre
clariq; extat/ sicut et deo pī omnī
consistit sublimior cui testiomo fal
sū esse non pt: ¶ Cum hoc est testiom
qd maius est oī testiomo humano. qz
testificatus est de filio suo. ¶ Hoc est testi
monū quod pater phibuit filio in
baptismo et trāsfiguratione dicēs.
Tu es filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui/ maius est testiomo
hominū/ ¶ De quo testiomo etiā dictū
est² a petri primo. ¶ Accepit a deo
patre honorē et gloriā. voce delap
sa ad eū huiusmodi a magnifica
gloria/ ¶ Hic est filius meus dilectus:
¶ Qui credit in filiū dei. testimoni
um dei habet in se. et testiomo pūs
assentit/ et optatur in eo testiomiū
illud. salubrē credulitatē. dūmo
do iuxta fidei exigentiā querset².
Credere autē in filiū dei. est pfidē ve
ritatē formatā. et actiones virtutū.
in xpm̄ dei vnigenitū tendere/ ¶ Qz
non credit in filio. mendacē facit eū
¶ deū patrē qnīū in se est facit. seu
esse ostendit mendacē et testem fal
lacem/ ¶ Qui non credit in testiomo
qd testificatus est deus de filio suo. dicēs.
Tu es filius meus dilectus/ ¶ Licet possint
se excusare infideles dicendo. q pat²
non dixit hoc/ quia per ifinita mi
racula. soli oīpotenti deo possibilia.
interim vberrime est ostensū. qd e
wangelica lex. qrin qua hoc cōtine
tur sit vere a deo et ipm̄ euangeliū
veritatis hoc. sit oī veritate plenissi
mū/ ¶ Testatus est quoq; deus pī de fi
lio suo per scōs pphas. Dauid. ysaiā.
ihēmiā. micheā. damelem. aliosq;.
¶ Deinde per scōs aplos et ewāgelis
tas. quorū doctrinā per copiosissiā
ac preclarissiā confirmauit mira
cula/ ¶ Similiter per martires gloio
sos. quos in suis passionibus et ante.
et postea. magnificē honorauit q; ce
teros/ ¶ Denīq; per alios innūmerabiles
scōs confessores. doctores. pdicato
res. patres. quorū doctrinā et sanctē
per signa admiranda ac abundan
tissima declarauit et approbauit/
¶ Iz et per miracula ab ipōnente xpo
patre. pater testiom phibuit ei. ¶ Pa
ter qd iohis: sto loquit² xpūs/ ¶ Opa
que dabit dedit mihi pater. q faciō.
testiom mū phibent de me/ ¶ Et denuo
iohis dicēs/ ¶ Si non facio opa dei.
nolite credere. si autē facio. et si
mihi non creditis opibus credite/ ¶ Inte
rea. magnū gloiosū et iocūdū est
pī eam istis diebus deo sublimibus et
benedicto tot et tanta opat² mira
cula ad scōrū suorū promotionē. ad

fidei roboracionē. ad cōsolacionē ec-
clesie. ad confusionē omīm plebis m
credule. p̄mo ad sui p̄pīus gl̄oriā et
honorē: ¶ Hoc est testiōmū. r. puten
cio fructy et fmis testiōnij p̄m ductu.
quia ad hoc deus pater. istud de fi
lio suo testaty est quatīs hoc credeñ
do. vitā obtineam ymo btām. ¶ Deo sub
ditur: ¶ Qm̄ vitā eternā dedit no
bis deus. r. vitā gl̄oie p̄stitutiū nob̄
mō m spe. m causa. p̄mo et radice
m ī̄choacione. plibacione. arra seu
pignore. ¶ Eternā etem̄ btūdinē.
nobis p̄mīsit. vitā gr̄ē. que pignus
est vite gl̄oie. cōtinuit. tm̄tatē que
nūq̄ exhibit. m fudit. actus meritoꝝ
nos cōdonauit. future suauitatis
p̄cessit p̄gustū. ¶ Hinc etem̄ testat.
¶ Beati paupes spū. qm̄ ipsoꝝ est
regnū celoꝝ. ¶ Et paulus. Dedit
nobis pignus spūs. ¶ Item q̄.
Grā dei vita eterna. ¶ Et rursus
iohīs vi°. loquit xp̄us. ¶ Hec est vo
lūtas p̄tris mei. qui misit me. vt
oīs qui videt filiū. et credit in eū
habeat vitā eternā. ¶ Vel sic.
¶ Hoc est testiōmū. qd̄ salꝫ nos apli
phibem9 de xp̄o. qm̄ vitā eternā
dedit nobis deꝰ per xp̄m. qa hinc
xp̄us sua passione p̄meruit nob̄.
¶ Et hec vita ¶ desit eterna felicitas:
m filio eius est. r. per fidem et grāz
filij dei acquirit. quēadmodū p̄dē
iohīs. 15°. fassus est. ¶ Ego sū via ve
ritas et vita. ¶ Nemo venit ad pa
trē. nisi per me. ¶ Hinc actuū. 4°. p̄n
cepis apl̄oꝝ fatet. ¶ Non est nomē
aliud sub celo datū hoīb9. in quo
oporteat vos saluos fieri. ¶ Et rur
sus iohīs decīo asserit filiū dei.
¶ Oīs qui credit in me non moria
tur in eternū. ¶ Vel hec vita in filio
eius est qām visione deitatis filij dei.
vera btūdo obiectiue cōsistit. put
iohīs. 17°. ait ¶ Hec est vita eterna.
vt cognoscāt te verū deū. et quē
misisti ihesū xp̄m. ¶ Hinc p̄s vni
genitꝰ auctori suo pro p̄mio iohīs
17°. pollicet. ¶ Qui diligit me ma
nifestabo ei meipm. ¶ Et pater in p̄s
longitudine dierū replebo
eū. et ostendā illi salutare meū.
¶ Hoc est et ita exponi. ¶ Hec vi
ta in filio eius est qz eterna btūdo
in filio dei est. sc̄dm plenitudinē in
finitā. mq̄n tū est deꝰ alīs sc̄dm na
turā assūptam finit in eo ptīcipa
tiue p̄ceteris bīs. ab exordio tēpo
nationis. qz extūc aīa xp̄i. fuit iple
nissima fruitione diuinitatis. ¶ Hinc
ait iohīs vi°. ¶ Sicut pater vitā in
semetipso. sic dedit et filio habere vitā
in semetipso: ¶ Qui habet filiū. r. ꝑ
in quo filiꝰ dei per fidem et grām
habitat. ¶ ita q̄ habet filiū dei in
habitātē. ¶ Unde q̄d paulus ait ephīs
dēꝰ pater det
vobis sc̄dm diuicias gl̄oie sue: ¶ Hinha
re xp̄m per fidem in cordibꝰ vr̄is:
habet vitam eternā. r. btūdinē sem
piternā. iam habet in spe. put dictū
est plenius. ¶ Unde iohīs 17°. filiꝰ lo
quitur p̄tri. ¶ Sicut dedisti ei p̄tātē
oīm̄ carnis. vt omne qd̄ dedisti eis.
det eis vitam. ¶ Vel habet vitā eter
nā. qm̄ ipsemet filius est essencia
liter. sc̄dm qd̄ deꝰ vita eterna. sicut
iohīs decīo profitet. ¶ Ego sū resur
rectio et vita: ¶ Qui no habet fili
um. modo p̄tincto: non habet vitā.
quia nec vitā gr̄ē habet in p̄nti.
nec vitā gl̄oie in futuro habebit. nisi
cōuertatur ad xp̄m: ¶ Hec scribo vo
bis vt sciatis. per fidem illuīatam

ñi certitudine adherentie. et experi
entia plibationis future iocunditatis:
qñ vitā eternā habetis. qui credit
in nōie filij dei. Hoc est in xpm vnige
nitū prius eternū qui nobiscum dece
mo ait. Qui credit in me etiā si mor
tuus fuerit vivet. Itaq; nomē
filij dei sumitur hic pro noie noia
to puta. pro ipō filio dei vnico. Et
de fide formata intelligenda sūt ista
Ex hac autē fide oritur ḡfidēcia
magna ad deū. Ideo subiungit:
Et hec est fiducia quā habemus
ad eū. qz quodcūq; petierimꝰ
ab eo secūm voluntatē eius. hoc est se
cūdū beneplacitū dei. utpote pie
et salubriter ad ipius honorē et nos
tram salutē: audit nos. si pseue
ranter petamus. Et scire si pro
nobismetipsis oremus. quia nō
semp exaudiuntur deuoti pro ali
is. Hanc spem primo certitudi
nē. atq; sapientiā exaudicionis di
uine. xpus in euāgº nobis copio
sissime tradauit. Dixit nāq; mar
ca vndecimo. Omnia quecūq; orātes
petitis. credite quia accipietis. et
venient vobis. Item alibi quoq; dr.
Petite et dabitur vobis. querite
et invenietis. pulsate et aperietur vo
bis. oīs enī qui petit accipit. et q
querit invenit. et pulsanti apietur.
Et denuo ait. Si vos cū sitis ma
li nostis bona data dare filijs
vris. qñto magis pater vr celestis
dabit spm bonū petentibus se. Cū
enī ad supnaturale bñficium me cre
auerit nos. et p̄cepta celestia de
derit nobis. quā bñficium sine
donis gr̄e eius promereri et adipis
ci non possumus. et que p̄cepta si
ne eisdem implere nequaquā valeꝰ
Et sanꝰ qui audit nos quicq̄d
petierimus nullū relinquitur dubium. qñ para
tissimus sit qui tū in se est gr̄atia
carismata nobis tam necessaria
distribuere nobis. dabitq; ea si ri
te petamus. Porrō cū a nobis
pater appellari dignet. Haut du
bium qñ paternalit subuenire et ex
audire paratus sit. Insup ipe qui a
dorandum nos exhortat. seqz exau
diturum promittit. vtiq; libenter exau
diet. cū tam infinita sit pietas. libera
litas. veritasq; ipius. Postrema ip
se benignissimus deus. qui cū nō exo
ratus. tanta bñficia nobis largitus
est. qui tam caritatiue precipit nos.
qui ingratis ac pfidis tot bona largi
tur fidelibus et deuotis. ipm invoca
tibus vt oportet. non deerit. Rex tm
regem ac dñm. cū omni humilitate
subiectiōe et reuerētia exorare
necesse est. Porro. qd de utēdo. et mo
dis pestatur. Cū quesieris dñm de
um tuum. invenies eum. si tamen toto
corde quesieris eum. et tota tribulati
one aie tue. Ipemet xpus. Oportet
nos semp orare et nō deficere.
Notissime vero exaudiri cupien
tes aduertāt ne pleant qd mara
xi. vltō loquit dns. Cū stabitis ad ora
dum. dimittite si quid habetis aduer
sus aliquē. Et si nō dimiseritis. nec pr
ter dimittet vobis peccata vra. Ha
mus qm habemus postulationes qas
postulamus ab eo. Dest certissimus
qz petitionum. quas deo offerimus ef
fectū seu exaudicionē sortiem. ab
eo. ut sensū pretactū. Vel sensus
est. q orationes quas deo offerimus. nō
ex proprio sensu. sed ex diuina instruc
tione accepimus. Quid enī et qlit
debeamus orare. xpus in euāgº
docuit. et mīt cetera dixit. Dicergo

orabit. ℣ Pater mī qui es m celis ℟ ℣ deo loquit. paul9. ℣ Quid oremus sicut oportet nesa m9. ℟ ꝑ ꝑe spūs orat pro nobis. ℣. exorātes nos fa-cit. ℣ Consequēter sāūs aplūs mē pēta distīguit. et qualit̄ cū ca di-uersos pētores duūsmodi esse nobis ꝛ debeam9 exponit. ℣ Qui sat fi-ez suū peccatū. pētm nō ad mortē ℟ ℣ onus iste difficilis est. qui ꝑmo sic pt̄ intelligi. ℣ Qui sat ꝓmiū suū bene aliter peccauerit. qđ nō mduat mortē aīe in pēna. nec mortē eter-ne in serie i futuro. ℣ peccat. r. pro illo oret. et dabit ei vita. ī. ad eā instanciā dabit remissio talis cul-pe. peccāti non ad mortē. r. bene aliter peccanti. ℣ Que ad modū be-ne malia difficulter vitant. sic facile dimittūtur. vt pote oratione dñi-ca. confessione mutua. correptio-ne et correctiōe fraterna. penitēcia assidua. aspersiōe aque bñdicte. ingressu ecclesie. pectoris compunctione. caritatis feruore. vi missione illate iniurie. exhibitiōe opum misericordie. ℣ Beāūs do exponit sic. ℣ Qui sat fratrem suū peccare. pētm non ad mortē. r. nō continuauerit pēta usq; ad mortē inclusiue. ℣ petat pro illo. et exaudiet. ℟ Nam talis vitā gre obtinet et vitā glorie consequetur qđ nō manet in viciis vsq; in finē vite pēnitis. ℣ In qua est tps loci ac status mereēdi ac demereēdi. ℟ Po-test tamē poterit de aliquo certitudina-liter sciri absq; reuelatione. an ante mortē vere penitent. aliquā sanctus esse in caritate. ℣ Ideo sāūs iohānes licet dicat. ℟ Et agnos-cam9. qđ pro illo frustra oratur qui in vita pēnā non penitet. sed absq; cōtritione decedit. ℣ Ter-cio ex-ponit sic. ℣ Qui sat fratrem suū peccare pētm non ad mortē. r. non facit irre-missibile pētm. vt sūt pēta in spīm sanc. que irremissibilia asserūt. qua di-ficulter et vix dimittūtur. et finalis in penitēcia nūquā dimittūt. ℟ De-cat pro illo et exaudiet. ℟ Non q̄ se-per oratio fusa pro taliter peccante exaudiat. ℟ qz spes exaudicionis est et quandoq; exaudicio fit pro illo. ℟ et pētm usq; mortē. non pro illo di-co vt roget quis. ℟ Sed hoc de finali ī penitēcia. seu de quocūq; mōrta-li usq; ad mortē continuato. et per cō-tricionē non deleto intelligat. certū est. qđ pro defuncto in tali facta nō-re non sit orandū. ℟ Si autē de quoli-bet pēcto in spīm sanc intelligat. sen-sus est. ℣ valde difficulter quis exaudiat. pro ita peccante. ℟ Deo da-tur pro illo non esse rogandū. ℟ Po-vt neq; quā oretur. aī de nullo sit penit9 desperandū. sed admodū dū-dū qz difficulter impetret a deo ve-nā talis pēti. ℟ Iux quē sensū xp̄s in euāgelio loquit. ℟ Si qs blas-phemauerit in spīm ſpm̄ sanc. non habet remissionē in pēna seculo ne-q; in futuro. ℟ Hinc subdit. ℟ Omnis iniquitas pētm est. r. culpa mortalis. aī sit trāsgressio legis diuine. ℟ Et est pētm ad mortē. ℣ Duplicat. aut pt̄. sicut iam tactū est. quasi dicat. ℟ Non oēm culpā mortalē. vocat pētm ad mortē. ℟ Vel sic. ℣ Oīs iniquitas. r. oīs non equitas. seu quantūlibet modica ab equitate recedens pētm est ad minus vena-le. et est pētm ad mortē. r. mortale pētm ad infernale trahens in reatū. ℟ Tertio. quia oīs qui natus est ex deo

non peccat ꝯ generacio dei g seruat
qđ eū. Hoc est sup capl̄o 2o dictū est. Oīs
qui natus est ex deo non peccat qm̄
semen ipius in eo manet et non pt
peccare. qm̄ ex deo natus est. Sed
ibidem satis recte exposit̄ est qđ
ibi dicit semen. huc gr̄am nomiat.
Generacio em̄ dei est spiritalis
renouacio in baptismate. seu pe
nitencia facta. seu gr̄a ibi infusa
g seruat eū in bono. et ps̄eruat a
uocacio qm̄ tū ex se est. Sp̄e tm̄ se pt a
deo ppria libertate auertē. Et ma
ligne non tangit eū. In qm̄ tū ex deo
natus est. et gr̄a g fortat⁹. quia ut
talem. non pt eū ad pēm ipellere. ꝯ
ut defectibilē fragilem ac liberi
arbitrij existentē. pt eū tēptare. su
perare. seu tangere. Quam qm̄
ex deo sum⁹. Hoc sup̄ exp̄itū est
Apostoli quippe. certitudinaliter
se esse in caritate nouerūt. cetei uō
catholica ac deuota pbabilit̄ sciūt
hoc. Et mūdus totus in maligno po
situs est. i. ꝯtra dam carnale seq̄z ho
mines. diabolo sūt subiecti. uicijs
inuoluti. et male libidinibus igne suc
censi. quia in talibus abundat pēta.
de quibus apte dr̄a. Omnes declma
uerūt simul inutiles facti sūt. non
ozee ex habet. ꝯ Nō est ueritas. et
non est misericordia. et non est scia
dei in terra. ꝯ Maledictū et homi
nadiū. et mendaciū et furtū et
adulteriū inundauerūt. Et san
guis qm̄ filius dei uenit. i. per incar
nacionis misteriū. in remissionē hunc
mūdū in gressus est. Vn iohis. 16o.
ait. Exiui a p̄re et uenī in mūdū.
Et dedit nobis sensum. i. sapiāz sa
lutarē. et euāgelice legis doctrinā.
ut cognoscam⁹ uerū deū. Per
que hoc loco intelligit. Pater eternus.
Quam subdit. Et sm̄us in uero filio
eius. i. in unigenito naturali et co
eterno ipius filio. Jhesu xp̄o. qui in
unitate psone est deus et homo. De
mt utrisq; filius dei. ut cognoscam⁹
uerū deū. per fidē uiuā et illumi
natam. et per sapiē donū in uita p̄nti.
Deinde dare per spēm in regno
celesti. Hic uerus filius dei est uerus
deus. ueritate nature. Ita q; uera
deitas est in ea. non p̄ticipacio q̄
dam sicut in aliis qui in sc̄pturis
dii uocant. Et uita eterna. Est
em̄ essencialit̄ unus et uita. uerī
tas sapiā. ac diuina essencia. Por
ro. patre. filioq; exp̄ssius intelli
gitur sup bñdictus et adorandus
spūs scūs. p̄ceps ac filij amor. osculū.
et amplexus. O q̄m ita fuit ifleciū
ifelicium hereticorū in sanctā. qui cō
tra tanctā tam̄ tradissimā protestacio
nē tanti apli deitatē xp̄i negare
ip̄issime p̄sumpserūt. Quanta
etiā fuit uesania machometi. qui
licet in alchorano testetur xp̄m
fuisse sūmū. sapientissimū q; pro
phetā. non tm̄ admittit ut filius dei
aut deus dicatur. sed purū fuisse
hoiem reprobans ille mentit. Filio
li custodite uos a simulacris. id
est. ydolis. ac ydolatrijs. atq; ab
omni auaricia. que ydolorū est
seruitus. ab hereticorum figmētis. qui
de deo p̄re et filio eius. ac spū
scō. non ita senserūt ac docuerūt
qđ pater. et filius et spūs scūs sūt.
sed qđ p̄ma maledicti eos esse finxerūt
Simulacra quoq; sūt uana fan
tasmata. cogitaciones uiles. fan
tastice ac stolide apprehensiones.
sompniorumq; obseruaciones. Ad qbus

oībus nos austodire debemꝰ. et sm
cere atqꝫ catholice. de deo vno ac
trino sentire. salubria cogitare.
sapiēcia alibꝫ meditacionibꝫ etꝫ side
racionibꝫ īmorari. ac dīm maes
tatis īmense. totis pcordijs iugiter
venerarij: ℟ Amen. ℣ Qui est sic est et
ita fiat ℟ Ad laudē et gloiam crea
toris oīpotentis qui est sup oīa deꝰ
sublimis et benedictꝰ ✓✓✓

## Exposicio secūde epl̄e sanctissi
mi iohānis apli et evāgeliste
sequitur.

℣ Pmducta
epla. sāus iohes
istruxit fideles
m gnāli. nūc
istruit quasdā
. psonas m
spēali. ℟ Horum
sensus hui⁹ compēdiose epl̄e. m pre
habita sentencia sa epla. pro maxi
ma pte est habitus. ideo īmoratiō
nō congruit. ℣ Semor. electe dne/
bt reatat beda. quidā dixerūt p
sentē epl̄am et sequētem. non esse
iohis apli. ℣ alteiꝰ pbri noīe io
hānis. vt m fra plenius refert. sed
nūc ecclia cōiter tenet. qd̄ sm tio
hānis apli. qd̄ eāā exstilo et sen
su ac parilitate modi loquēdi
satis videtur. ℟ Vocat autē btus
iohes se semorē. quia iā eāt gnes
te etatis. et racione sui officij. qm
nomē semoribus. epis qqz ppt̄ gra
tem sapiencie maturitatisqz
gerunt nomē hoc. ℟ Vnde et nūc rec
tores ecclia rū. ppter dignitatē.
et morū maturitatē seniores appel
lebant. ℟ Qd̄ vtiā ante patuit
pceps apl̄oꝝ m pma sua cano
nica pastoribus loquēs. semores
mqt qui i vobis sūt obsecro. ℣ Itaqz
semor iste iohes apls. oīm qui m
asya pegrināb⁹ xpianis preerat.
scribit electe dne/ ℟ et nāqz vene
randa et sīa matrona aui tā re
uerēter sp̄s sit tantus apls. ℟ Vo
cabat scām expōitores electa. qd̄
nomē sibi optime cōpetebat. qm
vtiqz valde electa eāta deo/ ℣ Cm
m pnti epla sāus iohes de multis
gmendat sicut patebit/: et natis
eius/. i. filijs ei⁹. non solū armis
ppagacione sz et virtutū ymita
cione. nā et proles ei⁹ atqz fami
lia erāt/ et ita eaā spiritalē ma
trē se eis exhibuit/ et quod pare
tes suis tenētur ipendē filijs. ℟ Vt
pote eductiones. instructionē. cor
reptionē. et castigacionē exhi
buit eis/: ℣ Quos ego diligo in ve
ritate/. i. vere et spiritali amo
more/ ℟ dicebat equidē tantus
apls se esse m caritate. ymo in ca
ritate pfecta/: ℣ Et non ego solꝰ.
sz et omēs qui cognouerūt veri
tatem/. i. vnūsi fideles. qui ewā
gelice legis. ac fidei veritatē xpi
quoqz qui sūma est veritas ag
nouerūt. diligūt istos. ℟ Fuit nā
qz dna ista nobilis et famosa
in sobole sua. et hospitabat. et
sustentabat credētes ac mīstros
ecclesie/ ideo omēs bom fideles ad

quos fama eiꝰ puemt: eam ac sobolem eiꝰ amabāt/ Cur aūt amabāt eam et natos eiꝰ. subiūgit: ¶ Propt veitatē que pmanet m vobis/ ꝛ ꝑpt verā dei noticiā atqꝫ uiuifice equitatem et bite sm veitatē/ ¶ sciut em̄ m istis veitas triplex. Videlicet veitas vite. veritas doctne. veritasqꝫ uiuifice/: Et vobiscū eāt me ternū/ quia post hāc vitā sunt m eis veitas ista. et ēternū manebit m eis. multo pfectiꝰ qm̄ sunt ī vita pnti/ ¶ Nempe qd̄ huc nouerāt per fidē m cēlo gētes plant̄ per spēz ¶ In cēlo quoqꝫ est pfecta uisiua ac veitas vite. falsitati ipm̄xta. qm̄ sancti sc̄m ēxtremū posse suū. deo intenti sunt/ honorificētia amqꝫ ipendūt/ nec quippiā culpe eoꝝ vite mscet̄/: ¶ Dit vobiscū gratia. gf̄ificans que est qualitas supnatura. alis. essenāl rationalis creature ēmediate pficiens. et eam m esse dei formā ad pmerendū pdoneo ponēs. vt magm̄ desiderūt doctores/: ¶ Misericordia/ a pia assistentia dei m oīb9. et remissio culpe ac gseruacio gratie/: Et pax/ pectoris m pnti. que pax est tranquillitas mterne ordinacōis. et quies mentis m deo. ¶ Pax quoqꝫ eternitatis m futuro. que pax plena semp̄ actu et gaudiū prorsus ipturbatū/ ¶ Pax enāl tpis. ē optanda. vt cū oīb9 habeat̄ concordia bona. et quietam ac tranquillā vitā agam9 m omī pietate/: ¶ A deo pr̄e et ihesu xpo. filio pr̄is. ¶ Pater em̄ et filiꝰ sunt vnū effectiuū principiū gr̄e oīs bone creature ¶ Verqd̄ ait filiꝰ nobis/ l°. ¶ Que cauꝫ faciat pateꝝ/ ꝯ et filiꝰ similiter faciat/ Et ita per hec verba. deitas filii m̄ significat̄ eo qꝺ dona ista dicūtur esse a filio sicut a pr̄e/ Et idem ītelligendū est de spū sancto/ ¶ Cuiꝰ etem̄ supprestantissime trinitatis est vna essencia. vna potestas. vna idemq; actio ad extra. et tota trinitas est vnꝰ deꝰ. vnꝰ creator et rēctor. ac dīs vniuersorū/ ¶ Dit itaqꝫ vobis pax a pr̄e et filio/: ¶ In veitate et caritate/ ī. per hoc qꝺ estis et statis m veitate doctne ac fidei xp̄iane. atqꝫ m caritate dei ac pximorū. et vt profitiatis ī istis/: ¶ Gaudiū suū valde. gaudio spūali m dño/: qm̄ m vbem de filiis tuis/ ī. aliqs filiorū tuorū: ambulātes m veitate. ¶ Vel m vbem de filiis tuis/ ī. hoc de eis cognouiꝰ qꝺ sūt ambulātes m veitate/ ī. m fide catholica. mortū sine veitate. atqꝫ uiuificā querentes ac pficientes. non m tenebris ignorātie ac pctis. non ī simulacōe et calliditate viuētes. ¶ Hoc aūt est bonis plātis cōsolacio valde pīa pia. qꝺ eoꝝ subditi vel tuo sedulo fructuoseqꝫ viuūt. aī eos tam spealiter amēt/: ¶ Sicut mandatū accepim9 a pr̄e/ ¶ Deest deo trinitate. oīm creatore/: Et nūc rogo te dn̄a. non q̄si mandatū nouū scribens tibi. sed quod habuim9 ab initio/ ¶ Hoc m qm̄ rogo et hoc ē mandatū qd̄ ab initio m̄ē quersionis ad xp̄m. seu etiā gelice pdicacōis a deo accepim9/: Vt diligam9 alter utrū ī. spūaliter ibicem nāam em9/: Et hec est caritas/ ī. m hoc gressus ac ī notesat. idqꝫ requirit/: Vt ambulem9

scdm mandata eiꝰ .i. scdm dei pre-
cepta vnam ꝰ ꝓficiam ꝰ. atqꝫ ad
celestē patriā ꝑuenem ꝰ ¶ Hoc est
em̄ mandatū dei: vt quēadmo-
dū audistis ab initio vīte q̄sioīb:
¶ In eo ambuletis .i. scdm dei bīpla
citū. in lege et fide xpi vnitatē pse-
uereth. et gr̄ōse cresatis. qđ vobis
nūc scribo ac necessariū dico: ¶ Quōm
multi seductores exierūt in mun-
dū .i. diuersi hereseiarche. et falsi
magīi ꝓruperūt in medium: ¶ Q̄.
non ꝯfitentur ihesū xpm venis-
se in carne .i. dei filiū non credūt
veraciē in carne natū. et in carne
assūpta. mē hoīes quer satiū ¶ Hoc
em̄ dixerūt marcion ite hereti-
ci. asserētes xpm. corpus habu-
isse fantasticū. quoꝝ hereses nū
secutus est et auxit ipius mani-
chieus: ¶ Hic est seductor et anīxpīb.
¶ Idest qui cūqꝫ hoc asserit fallit
serpm. et alios. estqꝫ xpō ꝯtrarius.
et anti xpi precursor ac typus:
¶ Videte vos met ipōs .i. cōsideāte
et custodite vos: ¶ Ne pdatis omia
que operati estis ¶ Idest ne cadē-
do a fide catholica. iustaqꝫ vita
ꝓuentum. meritō et ꝓmio. oīm ac-
tuū virtuosoꝝ quos pegistis
¶ Quia dū iustus moꝛit peccat.
morti ficiunt ꝯ precedētia meritoꝛia
opa eiꝰ. que tamē viuus viui
ficantur dū pentet et resurgit:
¶ Vt mercēde plenā accipiatis
.i. ¶ Idest vos custodite. vt pseue-
rando in bonis. bīm in celis re-
tribuacōne plenarie quietudīne
et cōtētudīne obtineatis ¶ Q̄ui ei
pseuerauerit usqꝫ in finē hic salꝰ
erit: ¶ Dicentes. q̄ oīs qui recedit.
¶ Vel vtalii legunt: precedit ¶ Idest
quicūqꝫ mente a veritate auertit ꝯ
vel qui p̄cedit .i. ꝓmovere ite desistit
seu bene viuere itepit: ¶ Et non
pmanet in doctrina xpi. ¶ Extra
illā credendo ac quer sando: de-
um nō habet per carnalitatē et gr̄az.
nec est eius seruus ꝙ demonis:
¶ Qui pmanet in doctna eiꝰ .i. euā
gelicis xpi documētis obedit: ¶ Hic
et filiū. et pr̄em habet .i. pr̄ et filiꝰ.
ꝓmo et spūs sc̄i sunt ei habitator
et dīs ac possessor cordis illiꝰ. que
admodū iohīs. 14°. loquit xps ¶ Si
quis diligit me sermonē meū seruā-
bit. et pr̄ meus diliget eū. et ad eū
veniem ꝰ. et mānionē apud eū faci-
emus: ¶ Si qs venit ad vos. et hāc
doctnā non affert .i. hereticā falsi-
tatem. catholice veritati contrariā
docet: ¶ Nolite recipere eū in do-
mo .i. eū non hospitetis. nec hilara-
one iūgatis eī: ¶ Nec aue ei dixe-
ritis .i. cōcertis ei in verbo salutā-
cōis. nec vllam cū eo societatē aut
familiaritatis habeatis: ¶ Qui em̄
dixerit ei aue. cōtando scīa in ꝑ-
bis: ¶ Cōicat opibꝰ eiꝰ malignis .i.
participabit in ꝑditōne et qī socius pecca-
tis illiꝰ ꝯ se esse ondit ¶ Istud de
hereticis excōicatis pīa sibi ꝓferi
ami pietas atqꝫ in ꝓmptua cellia sua
batur tam stricte. ne credentes
nondū satis roborati ex ātati in
euangelica veritate a talibꝰ sedu-
cerētur. vt eā tam festine et qm
vitandi sint aduersarii veritatis fidei
xpiane. ¶ Vnde et paulus ¶ Here-
ticū hoīem post vnā et secūdam
correptionē deuita ¶ Et rursus
Si quis non obedierit sermoni nro
per epl̄am. hūc notate. et ne cōmi-
ceam cū illo: ¶ Hec pdixi vobis

.r. de paulo isto p̄monui vos: vt i diem dn̄i m̄i ihesu xp̄i .r. in die quo iudicabm̄ a xp̄o: non confundab mm: deest ne interi pecando mercam̄ tuā ab eo confundi .r. reprobari dapnari: Plura habēs vobis scribere .r. quā uis alia multa salubria vobis scribere possem: nolui per cartam et atramētū: deest libris scripto digestis nolui vobis illa mīstrare: spero enī me venturū ad vos .et ore ad os loqui .r. spero. q̄ os meū loquet p̄cialiter ad os vr̄m. Presencia namq; doctoris .et vna vox eius spectabilē habent vigorē .et frequēs plus opant in subditis: vt gaudiū vr̄m sit plenū: deest spiritale et gaudiū vr̄m. ex mea p̄cia et allocutione p̄fciat atq; ad eterne retributionis plenitudinē p̄tingatis: Salutant te filii sororis tue electe: Habuit ista sancta matrona sororē. que vt asserit glosa eccam vocabat electa. sicut et ista. et filii illius erāt xp̄iani ac sancti iohīs discipuli. et forsan secū qñ hec scripsit: Porro q̄ in aliquibus libris subintulit: Gra tecū amen: non est vt dicat in libris correctis — v v v

Explicat

## Exposicio tercie epl̄e sancti iohīs apli et euangeliste

Sequitur

Dilectissimo. quē ego diligo in veritate: Sicut refert ihēronim9 lib. de vir illustribus. quidā dixerūt istam ac precedētem epl̄am nō esse sc̄i iohīs apli. sed iohīs pbri. quē papias ihēropolitanus epūs discipulū iohīs apli in suis opusculis. viasim allegat. semorēq; vocati. aug etiā sepulchrū in epheso mōstrabatur Hoc quēadmodū tactū est. ratio nabiliter tenet. q̄ hee due epl̄e sint iohīs apli. Cui aut semor nūcupet in precedēte exposicōe epl̄e. est expressū: Porro gayus iste au scribit a. edit fuisse vir ille vr̄m ihūs. de quo ad rōnos 16. loquit paul9: Salutat vos gayus hospes meus: Et p̄ma ad cor̄inthios p°. Remīē vr̄m baptizaui. misi a. ps pū et gayū: Sustentat aut equidem. et bene tractauit ecc̄iā. electos legis p̄dicatores. vtuosq; fuit

ideo sint amabiles/: Carissime de
oībus/.r. pro actibus ad salutē pti
nētibus/: oratione facio/ vt saluē
m oībus actibꝫ meritoriꝫ ce sanꝫ.
Ideo subdit/: Prospere tēr̄ tredi
et valere/ Idest/ vt feliat̄ quer se
ris/ proficiendo semp m melius.
vt valeas mente ac corpe/ quatꝫ
opa mea cordie copiosius et ex
pediat̄ proseqūris/: Quia ppe
agit aīa tua/.r. feliat̄ quer satur/
m virtutibꝫ.r. esce cotidie/ Et po
mitur hic ps pro toto/: Gauisus
sū valde/ m dño gaudio spūali
/: vernētibꝫ fr̄ibus/.r. xpianis
per eccl̄as et ceteris/: et testiom
phibētibꝫ veritati tue/.r. gr̄e sce
m tue. vocāter. vtio se quā nobis
reatauerūt cū cr̄itatis die cōtes
tur abilis fiducialis probabilis/: si
cut tu ī veritate ambulas. triplici
veritate or̄natꝫ. Vtpote veri
tate vite. doctne. et iustie. Necesse
m te ypocritalis cōfictiōis aut
vulpina callidit̄as. Qd̄ sanctus a
plus potuit deo reuelāte cer
titudinaliter scire/: Maiorē hoc
gr̄am nō habeo/.r. michi michi
cōmodo sum. nl acceptabꝫ re
puto m ter hec foris occurrētia/:
qm̄ vt audiā filios meos/ spūa
tales/: m veritate ambulare/.r.
ī vera et catholica fide. m vitis
sīncr̄itate. et iustie equalita
te. deo ꝑuire. Zelatꝫ em̄ zelo
salutis ꝓximorū potissime sibi
cōmissorū. debet esse oīno acce
sius. et de eorū spūali profectu
ac quer sione. qm̄ de oībꝫ mūdi
bonis gaudere/ Inter qd̄ paulꝫ
sinus disapulis sarbēs/ Cur mqt

vnum nos si vos stat̄ m dño/: Cas
sime fideliter facis/.r. ruꝫ exigen
cam fidei que requirit. vt opa
ei correspōdencia fiant/ quer sa
ris. qm̄ sme oībus vtilis mor
tua iudicat̄. Sicut ergo fideliter
facis/: quicq̄ operis m fr̄es/.r. oē
opus m sei cordie qd̄ fidelibꝫ ꝓxi
mis ī pendis/: et hoc m peregri
nos/ quibꝫ m sei cordie actus ī
partiri magis acceptū est a ea
tori/ De quo deus vlt̄ dicit̄.
Dñs facit iudiciū pupillo et vi
due. amatqz peregrinū/: Qui
testiom reddider̄ut caritati tue.
m conspectu ecclie/.r. coram fidelibꝰ
multitudie falsi fuit et dixer̄ut
q̄ ar. en eos caritatiue et pie te
habuisti/ quos bñ facies deduces
digne deo. Idest/ quibꝫ de viati
co seu necessariis prudēs deduc
ces seu dirigens tam cultu tue et
reuerēter vt xpi membra ac ser
nos ad alia loca dua seu dirigi
decet/ Qd̄ agēs eis bñ faciens
seu mei cordie opans. q̄a vt salomō
ait. bene facit aīe sue vir m sei
cors/ Cristus quoq; m ewāgelio.
Qd̄ vni mīnimis meis fe
cistis. michi fecistis. Ihēs et paulus
scripsit ad thimotheū. Zenam legis
peritū et appollo sollicite ꝓmitte.
vt nichil illis desit/: Pro noīe et
eius profecti sūt/.r. pro dei honore
iter peregrinando assumpserūt seu
ad predicandū egressi sūt/ Vel vt
quidā exponūt/ pro fide xpi a su
is cōciuibꝫ sūt expulsi/: Nichil ac
cipientes a gentibus/.r. ab infidelibꝫ
sustentacula vite nec acceperūt
nec petierūt/ Vel hoc ideo dicit̄.

qm̄ m fideles abstulerūt istis q̄ posse
dr̄ūt. quatꝫ isti pauptate coacti ad
ydolatriā reuerterēt.: ℣ Robergo debem⁹ sustinere pueros r tales
bene tractare: vt coopatores si
mus veritatis r eis coopem̄. ad ex
cenda opa fidei ac vtilitatis. siue ad
p̄dicandū euāgelice legis doctri
nā. ℣ Hoc dicat sanctis aplis m psona
habenaū sanctitatē faciendi talia
opa mnsei corde: Et quāuis npe
ppria nō haberet. tamē vt scimus
ex ye pstul dispensaut bona ecclie
pro pauperū sustētatiōe collata⁹:
℣ Harpsissem forsitan ecclie ℣ dest cō
gregationi fideliū m tua amitte
mortuū: ℣ ris qui amat pmatū ge
rere m eis dyotrepes nō recipit
nos r mīs verbis aut sp̄tus non
acquiescat: ℣ Dyotrepes iste fuit m
solens et sup bus hēsiarcha quoq;
vt aliqui dicūt et ambitiosꝰ. et fu
it ibi prelatꝰ. vel ad fratrū presi
denciā aspiraut: ℣ Ter hoc si ve
nero ad vos: cōmonebo. seu vt ali
qui legūt: cōmonebo eius opa que
facit r ea publicem reprehendā.
